



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//  
Canonicvm, Libri Qvatvor**

**Lancellotti, Giovanni Paolo**

**Basileae, 1566**

j. Quibus modis de crimine agatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

ex eis tantum.

Sciendum est postremo, quod aliud est iudicium ciuile, cuius finis respicit priuatum commo- dum, aliud criminale, quod pu-

blicum interesse, vindictamque publica respicit. Quare tradenda sunt ea, quae ad iudicium criminale spectant.

*a* Dost in Ra. de iudic.

M. ANTONII CVCCHI IVRIS  
CONSULTI INSTITVTIONVM IVRIS  
CANONICI, LIBER IIII.

QVIBVS MODIS  
de crimine agatur,  
TITVLVS I.



Idendum est de iudicijs, quae circa delicta versantur. Nam etsi leges Pontificiae poenarum atrocitatem exhorreat, quibus praesertim de sanguine & vita hominis agitur: non tamen ita indulgetes se praebent, vt velint crimina omnino delinquentibus condonare, sed vt & qui deliquerunt, discant talia posthac non committere, & caeteri poenarum metu sint ad scelera patranda tardiores, certas poenas adinuerunt, quae in fontes ex delicti qualitate citra sanguinis vindictam, aut membri debilitationem exerceri possint (quaedam enim culpae existunt, in quibus culpa est relaxare vindictam) multo-

*a* e. quia. dist. 28.

que modos tradiderunt, quibus medijs contra facinorosos homines ad publicam vltione perueniri possit.

Quinque enim sunt modi, quibus de crimine haberi notitia potest: videlicet, Accusatio, Denunciatio, Inquisitio, Exceptio, & Notorium. Nam etsi alij quoque enumerari solent, hi tamen magis ad rem sunt.

In Accusatione hoc seruatur inconcussè, vt si legitimus non fuerit accusator, non fatigetur accusatus. Nec laico clericum accusare conceditur, nisi sua, vel suorum iniuriam prosequatur: quibusdam articulis, quibusdamque criminibus exceptis. Nec conceditur super iisdem criminibus quempiam saepius vexari, sed semel absolutus deinceps amplius de eodem crimine molestiam pati non cogitur. Et ne passim calumniatoribus licentia daretur alium ex libidine sua

*b* Spee. in ti. de accusat.  
*c* Felm. c. qua- liter. 2. uer. ad corrigendos. de accusat.  
*d* c. x. de accusat.  
*e* c. de caetero. de testib. ubi gl. & Doc.  
*f* c. cum p. ma conella. de accusat.  
*g* c. de his. de accusat.

ad iudicium vocandi, vt de crimine falso obiecto se purget, ac ne ita eveniat, innocentes citra aliquam eorū noxam capitis, fortunarum, aut existimationis discrimē alicuius impij & scele rati hominis impudenti audaciā subire, & de statu suo consli ctari: statutum est, vt quisquis alium accusare voluerit, se in scribat, seque obliget, vbi obiectum à se crimen probare ne queat, talionis pœng, id est, quā reum sustinere oportuisset, si de obiecto crimine fuisset conuictus<sup>a</sup>, dum eiusmodi suppliciū sit, quod in accusatorem cadere possit. Quapropter Gregorius X. cum intellexisset subdiaconum in Diaconum quendā calumniam, rescripto suo præcepit, subdiaconum nō subdiaconatus solū ordine spoliari, sed præterea etiam verberibus publicè affectum in exiliū mitti<sup>b</sup>. Hodie tamen & subscriptio amplius in vsu frequenti esse nō videtur<sup>c</sup>, & talionis pœna dissuerudine abolita<sup>d</sup>. Quēdam autem, qui in probādis Episcopi sui delictis à se delatis defecerat, Innocentius III. ab officio & beneficio suspendendum decreuit, quod se à calumnia abesse legitimè purgasset<sup>e</sup>. Non potest quisquam accusatus procuratorem dare, qui causam eius nomine suscipiat defendendam, sed ipsummet accusatū in iudicio esse, & cau-

A sam per se dicere oportet. Cōceditur tamen, si absens sit, absentiae suæ causas per procuratorem proponere, aliaque excusationes, quæ ipsum crimen, cuius causa ei sit negotiū, non attingant<sup>f</sup>.

Denunciatio quoq; magnā habet cum accusatione coniunctionem, nisi quod cum crimen in modum denunciationis opponitur, non est, sicut in accusatione, inscriptio necessaria: quoniam ad depositionem instituitur accusatio, sed ad correctionem est denunciaio faciendā, g tametsi is quoq; interdum impunè non abeat, si nequiverit probare crimen, quod detulit<sup>h</sup>.

Et cum denunciatio hac potissimū ratione fiat, vt is, cuius crimen defertur, deinceps ab eo crimine se contineat, cōvenire videtur, vt prius amicè & blandis verbis, moxque etiā, si oportuerit, amaris obiurgationibus castigeretur, vt vltro se ipsum corrigere, & à vitio velis continere: quæ si nihil prodesse constiterit, quò minus in delicto pertinaciter perseveret, tūc demum Ecclesiastico iudici erit denunciandus<sup>i</sup>. Denunciationis verò faciendæ potestas omnibus non patet, sicut neque accusationis: quare nec publicè concubinas habentes, nec excommunicati ad denunciandum admittuntur<sup>k</sup>.

Inqui-

a. c. quisquis. c. quā crimen. 2. q. 8.

b. c. 1. de calu. mniator. c. Bar. l. si cui. in pri. ante nu. 3. de accus.

d. Fel. c. super l. s. ult. no. de accusat.

e. c. 2. de calu.

f. c. ueniens. de. accusat.

g. c. super his. de accusat.

h. c. fin de calu. ubi Ab.

i. c. 2. de accusat.

k. c. cum dilectus. co. t. c. 1. q. 2.

Inquisitio à iudice ex officio eius mero fieri solet, vt sciat, an fama, quæ de crimine alicuius circumfertur, vera sit. Quam si facta disquisitione veram esse compertum fuerit, quavis certa pœna in eo delicto legibus definita esset, si per modum accusationis procederetur, vbi tamen per inquisitionem proceditur, secundum personæ merita, & qualitatem excessus pœna poterit iudicis arbitrio moderari<sup>b</sup>. In qua tamen moderatione facienda plures erunt cautiones iudici considerandæ<sup>c</sup>.

Si tamen ex his criminibus fuerit, quæ executionem ordinis impediunt, nullum erit iudicis arbitrium: tunc enim certa erit pœna, quæ nõ iudicis voluntati mandatur, sed legis auctoritati referuatur: nempe, vt beneficio, vel etiã officio exvatur, quamvis per inquisitionem convictus, vel nisi tale sit crimẽ, quod beneficio indignũ delinquentem faciat: nam tunc haud dubiẽ beneficio illi erit interdũ cedũ, quamvis per inquisitionem damnato: quas pœnas vtroque casu nullo pacto poterit iudex moderari<sup>d</sup>. Quicumque autem iudex inquisitionis tramite contra delinquentem procedit, hoc cautẽ obseruet, vt non prius in personam quærat, quam suspicatur delictũ patrasse, quàm de fama in eum vulgata compertum habuerit, quæ

stione præmissa. Qua etiã ratione h̄ vt criminum occultorum excusio per inquisitionẽ fieri prohibeatur<sup>e</sup>.

Opponi verò solent crimina per Exceptionis modum, veluti contra actorem, vt ab accusatione repellatur: item contra testes, vt testimonio ferendo minus idonei habeantur. Quibus casibus non erit necesse de crimine excipientem se inscribere<sup>f</sup>, nec punietur excipiens, etsi crimen obiectum non probauerit: nec is, contra quem est in exceptionis dũtaxat vim, vt repellatur, obiectum, etsi convictus sit, vllam criminis obiecti pœnam sentiet<sup>g</sup>. Per Exceptionem quoque crimina opponũtur, vt quis ab officio, vel beneficio, quod affectat, repellatur: quo casu, seu ante confirmationem, seu post fiat exceptio, nunquam tamen inscriptio erit necessaria, quamvis posteriore casu in exceptionis probatione post confirmationem oppositẽ deficiens, aliqua pœna arbitrio iudicis afficiendus sit<sup>h</sup>.

Et hi quidem proximẽ dicti quatuor modi tunc sunt necessarij, \*seu eorum aliquis criminibus vindicãdis\*, vbi criminũ aperta notitia non est: verũ si evidẽtia patratũ sceleris in prõptu sit, tunc neque accusatoris ardens clamor, neque denũciatoris diligens charitas, nec ius dicentis officium sagax per in-

00 3,

a. c. cū oportet. & ca. qualiter. de accusa.

b. Feli. c. qualiter et quã do. 2. §. licet nu. 29. et seq. de accusa.

c. Feli. ubi supra.

d. c. inquisitionis. in prin. & t. de accusa.

e. c. cū oportet. c. qualiter. 1. & c. qualiter. 2. ubi Abb. ult. no. de accusa.

f. c. licet. de testimon.

g. c. cū dilectus. de ordine cogni. Bart. l. 2. in prin. ff. de accusa. & l. 2. §. si publico n. 20. ff. de adult.

h. Spec. in tit. de crimi. in mod. excep. §. in primis.

quisitionem desideratur, neque exceptione crimen obijci necesse est, vt his medijs ad criminis vindictam perveniri possit, vel delinquēs ab affectatis sum moueri, sed & sine libello sine exacta causæ cognitione poterit iudex ad legitimam ultionē reo vocato procedere<sup>a</sup>.

*a. e. iudicia. eo. ti. Spec. in tit. de cri. mi. notor.*

Illud generaliter est obseruandū, vt nemo absens iudicetur, nisi ex contumacia absens fuerit, quia diuinæ & humanæ leges hoc prohibent<sup>b</sup>.

*b. e. accusatores. in. fi. 3. q. 8. & e. absens. 3. q. 9. & per totam.*

## DE SIMONIA,

### TITVLVS II.

**D**icendum est nunc, quænam sint crimina quæ ultionē expectant. Et primū Simonia grauissimū crimē est, aded vt cætera crimina quamvis alioqui grauia, huic tamen comparata leuia æstimentur<sup>c</sup>. Nam cum sæpè contingat, homines ambitione tractos imensa, & vasta quadam honorum & beneficiorum siti omnia tentare, quæ sibi in mentem modò venire possint, vt suis desiderijs satisfaciant, & nūc precibus, nunc pretio, nunc alijs vijs aggredi, vt quæ gratis esset concedenda, nec nisi benemeritis, spiritualium administratio, quouis modo ad commoda sua extorquere possint, nullam habentes rationem, quòd Simon Magus à Petro acri fue-

*c. e. per tuas. de simon. c. fin. 2. q. 7. ubi gl. uers. reputatur. & uer. pro nibilo.*

**A**rit obiurgatione repulsus, cum ab eo pecunia gratiam redimere tentasset: propterea in huiusmodi labe purganda nunquam se stertere, nunquam se coniuere Pontifices Romani & Canonicae leges ostenderunt, omnia, quantum potuerunt, remouentes, quæ huic nefandissimo sceleri causam, vel occasionem præbere posse videbantur: multa etiam introducens, quibus comprimi & coerceri saltē pœnæ temporalis metu possent, qui æternam flocci facerent.

Incidit autem in hoc crimen, quicumq; quouis machinarum genere, vt ita dicam, sibi eos expugnare conatus fuerit, quibus ius est spiritualia, aut eis annexa, vel accedentia, conferendi: quicq; his aggressionibus superari se & proferri permiserit, vt pretio fortè, aura populari, aut optimatum gratia, vel obsequijs potius, quàm meritis & bonis artibus, aut Ecclesiasticæ rei bene gerendæ studio spiritualia, vel eis annexa, aut eorū administrationem cōferret, vel decerneret: ex quorum numero sunt, qui pecuniam exigunt ab his, quos ad religionē in collegium suum sunt cooptraturi, quicq; præfecturas quascunque, aut regimina Ecclesiarum vendunt, vel emunt, vel sepulturā, vel Chrisma, aut sanctum oleū, quacunque id facti verborū facie obducant<sup>d</sup>. Idem de Ec-

*d. e. non satis. ca. tua nobis. ca. eam quæ. ca. in tantum. de simo.*

cle-